de fuit receptus a iudeis. propter quod in fauorem eorum occidit Jacobum fratrem Iohannis & incarcerauit Petrum. Unde uersus. Escalonita necat pueros. antipa iohannez. Agrippa iacobum claudens in carcere petrum. Et hoc est quod dicitur in principio presentis lectionis. (In diebus illis. Misit herodes rex manus) id est potestate sua (ut affligeret quosdam de ecclesia) supple credendum occidit autem Jacobum fratrem iohannis gladio) Non solum christiana nos afflxit. sed etiam occidit (uides autem quod placeret iudeis). s. occisio iacobi (apposuit apprehendere & petrum). Glo. 02. quod plus placeret iudeis si princeps occideret (erat autem dies azymorum) Yr. quoniam apprehendit petrum & hoc addit ad significandum eam quare non statim occidit petrum sicut fecerat de iacobo. uolebat enim expectare transitum solennitatis paschalis in qua iudei septem diebus uescunt panibus azymorum & etiam quod non licebat in pascha quemlibet occidere (quem cum apprehendisset misit in carcerem) Yr. ne posset effugere (tradens eum quatuor quaternionibus militum custodiendum)

rex manus ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio uidens autem quod placeret iudeis apposuit apprehendere & petrum Erant autem dies azymorum. Quem cum apprehendisset misit in carcerem. tradensque eum quatuor quaternionibus militum custodiendum uolens post pascha perducere eum populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere. oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem perducitur eum esset herodes. in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites uinctus cathenis duabus & custodes autem ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini assistit & lumen refulsit in habitaculo. percussusque latere petri excitauit eum dicens. Surge uelociter & ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Precingere & calcia te caligas tuas et fecit sic. & dixit illi. Circumda tibi uestimendum tuum et sequere me & exiens sequebatur eum. et nesciebat quod uerum est quod fiebat per angelum. existimabat

dicis autem quaternio qui habet quatuor milites sub se sicut centurio qui habet centum (uolens post pascha eum perducere populo). i. exponere morti per uoluntate populi (& petrus quidem seruabatur in carcere) Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo) Li. ut christus adhuc in uita seruaret suum vicarium (eum autem perducitur eum esset herodes). s. de carcere uel occideret (in ipsa nocte) immediate procedente (erat petrus dormiens inter duos milites. uinctus cathenis duabus & custodes ante hostium custodiebant carcerem) Yr. Petrus ita custoditus fuit quod non ualebat ei euasione uia humana. Sed quod deficiente humano subsidio solet adesse diuinum. id est subdit (& ecce angelus domini assistit.) ad petri liberationem (& lumen refulsit in habitaculo (carceris. scilicet ad eius consolationem) percussusque latere petri excitauit eum dicens. Surge uelociter & ceciderunt cathene de manibus eius) dixit autem angelus ad eum (precingere) Li. ut sis aptus ad ambulandum. Resoluerat enim petrus cingulum suum ut uelociter posset perdes cooperire contra frigiditatem carceris. (& calcia te caligas tuas) Yr. est autem caliga genus calciamenti non hinc eorum super pedes (& fecit sic & dixit illi. Circumda tibi uestimendum tuum & sequere me) Et exiens sequebatur eum

et nesciebat quod verum est quod fiebat per angelum
estimabat autem se visum videre) *ly.* fortitudo enim carceris et diligens custodia fecerant sibi imaginacionem de euadendi impotentia propter quod rem gestam somnium existimabat (transiit autem primam) *Glo.* ordi-

num quaternio nem cum suis (et secundam custodiam) id est secundum quaternionem cum suis. Qui omnes erant oppressi somno. (venerunt apertam ferream) *ly.* erat exterior porta carceris (quod ducit ad ciuitates que vltro aperta est eis.) virtute diuinavel angelica (et exeuntes processerunt vicum vnu) ad maiorem petri ascurationem (et continuo discessit ab eo angelus) subito disparando (et petrus ad se reuersus dixit. nunc scio vere quod misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expecta. ple. iudeorum) *ly.* tunc enim percepit quod non erat somnium sed res gesta.

Ecce iste venit saliens in montibus transiens colles. Ante initium illius lectionis habet in eodem capitulo. *ly.* et sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Tunc sequitur per epistolam (Ecce iste venit saliens in montibus transiens colles) *Glo.* de sinu patris in utero virginis. de utero virginis in presepio de presepio in mundum de mundo in partibus. de partibus in sepulchrum. de sepulchro everso in mundum. et de mundo ad patrem de patre (filius est dilectus meus capree) *pp.* et

sum acutum. quia tamen acumen habet inuidendo quod a remotis videt venatorem venientem et loca alta ascendit. et a venatore non videtur. sed venatorem videt. Sic spiritualiter de cuncta videtur vt habet *lib.* iij. omnia nuda sunt et aperta oculis eius? (binnulo quod ceruorum) .i. fetui cerui vel capree pro velo citate. binnulo enim se cornibus non potest defendere. et ideo fugit insequentes. *En ipse stat post parietem.* .i. carnem assumendo. diuinitas enim latet in humanitate. resp. per fenestram. .i. per apostolos ecclesiam illuminant ecclesiam. sicut per fenestram radius solis illuminat domum. sic christus per apostolos ecclesiam illuminauit (prospiciens) .i. de longe aspiciens (per cancellos) .i. per patrem archas ecclesiam illuminando. Sicut per foramen magnum transit magnam lumen. et per paruum foramen paruus lumen transit. Sic per apostolos sicut per fenestram magnam magnam lumen in ecclesia luxit. per patriarchas patrum de lumine transit. sicut per pua foramina que cancellos dicuntur. sunt et cancellos pua foramina in fenestra regulata per vitas cancellatas per quod modicum de lumine transit (En dilectus meus) id est. christus (loquitur mihi. Surge) .i. ab ocio.

autem se visum videre. **T**ransiit autem primam et secundam custodiam venerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem que vltro aperta est eis et exeuntes processerunt vicum unum. et continuo discessit ab eo angelus. **E**t petrus ad se reuersus dixit. nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum.

In festo visitationis beate virginis *Abarie Lanti. ij.*

Ecce iste venit saliens in montibus transiens colles. Silis est dilectus meus capree binnulo quod ceruorum. *En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea. columba mea. forma mea et veni. Jam est hiemps transiit imber abiit et recessit*

periculosa est (amica mea) per charitatis latitudinem (colum. mea) per honestatis rectitudinem (forma. mea) per morum honestatem (et veni) sed in tua recreatione. Jam est hiemps transiit .i. congelatio paganorum nolentium fidei rege (ym. ab. et recess.) .i. tyrannorum presentio

(flores apparuerūt). i. odores bonorum
opey (in terra nostra). i. in ecclia (tps pu
tationis aduenit). i. tps ad refecandū vi
cia (vo. turturis). i. spūsancti (audita ē
in terra nostra). i. in cordib⁹ electorū. qz

sicut turtur in occulto
cantat & in cantu ge
mit. sic spūsanctus oc
cultā reuelat & animā
in qua habitat gene
re facit p penitentiam
(sicut ptulit grossos
suos) Ficus em̄ pmo
fert fructus inutiles.
Scdo x̄o vriles & ma
turos. sic silr synago
ga p̄mo ptulit fruct⁹
immaturos & inutiles
Deinde xpm̄ & aplos
tanq̄ fructus maturos
& vriles nob̄ m̄strauit
(vinee florentes) id ē
ecclie p̄ticulares vir
tutib⁹ suis (dede unt
odorē suū. Surge. pe
ra amica mea: specio
sa mea: & veni colūba
mea in foraminib⁹ pe
tre). i. xpi vulneribus
(in cauerna macerie)
id ē lateris x̄p̄i vulne
re (ostende mihi faciē
tuā). i. conuersationē
tuā nō alienā sicut hy
pocrite (son. vox tua)
id est p̄dicatio tua (in
aurib⁹ meis). i. bono
rem meū. (vox em̄ tua
dulcis) id est p̄dicatō
tua (& facies tua deco
ra). i. quando p̄dicati
oni corresponsidera.

Mulierē fortez
qs̄ inueniet rē.
Ante initium il

litas lectionis locutus est spūsanct⁹ p sa
lemone dicens. Aperi os tuū decerne qd̄
iustū est & iudica pauperē. **Ly. i.** exequere
iusticiā p pauperib⁹ qn̄ hnt iustā causam
Tūc sequit⁹ p̄ns epla (Mulierē fortez qs̄
inueniet) In ista epla ponit cōmendatio

fortis mulieris & doctores catholici cō
ter dicunt q̄ p mulierē forte intelligit sa
cra scriptura & hanc expositionē piequif
Nicola de lya sup p̄ntē eplam di. (Mu
lierē fortez). i. sacra scriptura q̄ cōtinet lē
tentia & inuolabilē ve
ritatē (qs̄ inueniet) q̄
si di. pauci attigūt ad
ei⁹ plenā noticiā (pro
cul & deultimis finib⁹
p̄ciū eius. Cōfidit i ea
cor viri sui). i. d̄ bono
p̄mo recipiendo. & di
cic̄ hicvir eius doctor
bonus. in cui⁹ p̄sona
dicic̄ Sapie. viii. **De**
amauit exq̄sui a inuē
tute mea. & q̄sui spon
sam assumere. (& spoli
tis non indigebit) qz i
p̄mo duplicē skolā ha
bebit. i. skolam corpis
& skolā anime. (reddet
ei). i. sp̄o tali (bonū
& nō malū oib⁹ dieb⁹
vite sue). i. bonū
gratie in p̄senti & glie
in futuro. (q̄sui lanā
& linū. & operata est cō
filio manū suaz) per
lanā & linū intelligūt
hic dicta sanctor⁹ do
ctor⁹ ad declarationez
veritatis sacre scriptu
re (facta ē quasi nauis
institor⁹ de longe por
tans panē suū) **Ly. sic**
em̄ in nauī institoris
portantur diuerse vite
humanæ necessariae sic
in sacra scriptura con
tinent⁹ omnia necessa
ria ad salutē (de nocte
surrexit). i. surgere se
cit. **Amor** em̄ scriptu

flores apparuerūt in tra no
stra tps putatiōis aduenit.
Vox turturis audita est in
terra nra: Ficus ptulit gros
sos suos vinee florentes de
derūt odorem suū. Surge
propera amica mea specio
sa mea & veni columba mea
in foraminib⁹ petre in cauer
na macerie. Ostēde mihi fa
ciē tuā. Sonet vox tua i au
ribus meis. Vox ei tua dul
cis & facies tua decoza.

In festo **Virg** **M**arie ma
gdalene **Proverbio. xxxj.**

Mulierē fortez

qs̄ inueniet pcul & de
ultimis finib⁹ p̄ciū ei⁹. **Lō**
fidit i ea cor viri sui & spolys
nō indigebit. Reddet ei bo
nū & nō malū oib⁹ dieb⁹ vi
te sue. **Quæsiuit** lanā & linū
et opata est p̄ filio manū suaz
arū facta ē q̄si nauis instito
ris de lōge portās panē suū
De nocte surrexit. deditqz
predā domesticis suis & ciba

re inducit doctores bonos & discipulos:
ad surgendum de nocte p studio & oratio
ne (deditqz predam domesticis suis. & ci
baria ancillis suis.) In hebreo habetur
annonam. quia sacra scriptura reficit om
nes studeantes in ea fideliter & diligent

(cōsideravit agrū) ager iste est disciplina studij celestis. vt dicit Greg. ome. xxvij (7 emit euz). i. emi fecit a studentib⁹ per dominationē carnis redigendo eā in obsequiū spūs (de fru. ma. su. plan. vi.) .i. exēplo vite 7 xbo doctrīne fecit fidelīū multiplicationē. q̄ sunt palmites vinee dñi. vt dicit Greg. ome. vij. (ac cinxit fortitudi. lūbos suos). i. accigi fecit lūbos studiosoz cingulo castitat⁹ (7 roboza. bra. suū) p multiplicacionē boni opis (gustauit 7 vidit. qz bona est negociatio eius.)

Ly. p experientā dulcedinis. ex studio sacre scripture resultantis (nō extinguet̄ i nocte). i. in nocte (lucerna ei⁹). i. claritas sue noticie s̄ magis augebit̄ (manū suam misit ad fortia) i hebreo habet ad vertebrū qd est qdam circū aliquantulū ponderosus in inferiori pte fusc positus vt recte 7 ordinate et expedire vertat̄ 7 huic dicto cōsonat qd subdit̄ (7 digiti ei⁹ apprehen. fusu) p vertebrū hic intelligit̄ recta intentio opus dirigens. (manū suā aperuit in opt. 7 palmas suas extendit ad pauperem) **Ly.** scriptura ei sacra q̄libetq̄ iducit ad opera misericordie (nō timebit domū sue a frigorib⁹ niuis). i. a pena gehenne. s̄m qd dicit rabisalemō allegans illd̄ Job. xxiij ab aqs niuū trāstet ad calorē nimitū. 7 loquit̄ ibi de homine damnato (oēs ei domestici eius). i. boni doctores 7 discipuli (vestiti sūt duplicib⁹). i. virtutib⁹ intelle

tualib⁹ 7 moralib⁹ q̄ sunt vestes anime (strāgulatā vestē). i. diuersis colorib⁹ in textā (fecit sibi) qz sacra scriptura de oīi genere virtutū 7 donoz tractat̄ ad ea iducit (byssus). i. castitatis (7 purpura) cha

ritatis (indumentum ei⁹). i. vere studentis in ea. scia pter 7 vita. (nobis. in poz. vir ei⁹). i. doctor bon⁹ q̄ dicit nobis in portis. i. inter sapientes antiq̄ sedētes ad reddendū veritatis iudiciū. iō s̄dit̄ (q̄i sederit cū senatorib⁹ terre). i. cū sapientib⁹ q̄ hnt regere terrā 7 iudicare (syndonem fecit 7 vendidit 7 cingulū tradidit chanaanico) in hebreo habet mercatori. p syndonē q̄ ē vestis lineā 7 munda intelligit̄ puritatem mentis. p cingulū xō castitas corpis. vñ dicit Greg. ome. xxij. lūbos ei⁹ pcingim⁹ cū carnis luxuriā p cōtinentiam coartam⁹ dicit autē sacra scriptura ista facere eo qd ad ea inducit (fortitudo). i. cōstantia mentis (7 decor) exterior honestatis (indu. ei⁹ 7 ridebit). i. ridere faciet studentes in ea fide liter (i die nouissimo) q̄i audiet vocē dñi dicentes. Venite bñdici patris mei 7c. (os su. ape. sapiētie) qz sacra scriptura docet sapientia desurfū descendē (7 lex clementie

ria ancill⁹ suis **C**onsideravit agrū 7 emit eū. 8 fructu manū suarū plātauit vineaz. Accinxit fortitudine lūbos suos 7 robozauit brachium suū gustauit 7 vidit qz bona ē negociatio ei⁹. nō extinguet̄ i nocte lucerna ei⁹. **A**danū suā misit ad fortia. et digiti eius apphēderūt fusu. **A**danū suā aperuit iopi. **E**t palmas suas extēdit ad pauperē. **N**ō timebit domū sue a frigorib⁹ niuis. oīs em̄ domestici ei⁹ vestiti sūt duplicib⁹. **S**trāgulatā vestē fecit sibi. **B**yssus 7 purpura idumētū ei⁹. **N**obil⁹ i portis vir ei⁹ q̄i sederit cū senatoribus terre **S**yndonem fecit 7 vendidit 7 cingulū tradidit chanaanico. **F**ortitudo 7 decor indumentum eius 7 ridebit eum i die nouissimo. **O**s suū aperuit sapiētie 7 lex clementie i lingua ei⁹. **C**ōsideravit semitas dom⁹ sue 7 panē ociosa nō comedit. **S**urreperūt filij ei⁹

in lingua ei⁹) qz tā in nouo q̄ in vete. testā. sacra scriptura ad clementia inducit. (cōsideravit). i. cōsiderare fecit (semitas dom⁹ sue). i. cōscientie secreta studentis illa. 7 qz h labor ē optim⁹. 7 iō sedē (7 panem ociosa nō comedit. Surreperunt filij

eius). i. discipuli stu diosi (et beatissima p
dicauerunt. qz sacra scriptura sup oem alia
ertollunt (vir eius et laudauit ea) Ly. do
ctor bonus q doctrina sua incipit a comen
datione sacre scripture (multe filie) Li. i.

philophosoz et sapien
tu scripture (cogrega
uerunt diuitias). i. mul
tas cognitiões ditat
(tu supgressa es vni
uerfas) qz sacra scptu
ra multopures verita
tes tradidit qz alie scri
pture. Et etiā priores
qz in ea nulla falsitas
admiscec. cū immedia
te emanat a prima ve
ritate. Scripture No
humanitas adinuente
et si cōtineant multas
veritates. tū habēt ad
mixtas multas falsi
tates sicut puz in scri
pturis Aristotel et ali
ozū philosofoz. qui
negant creationē mū
di rē. (Fallax gratia
et vana ē pulcritudo)
scz Xboz rhetoricozū
in humanis scriptu
ris et maxime poetis
in quibz sb ornatz ver
bis latent multe falsi
tates. (mulier timens
dñm). i. sacra scriptu
ra q qñ vbiqz inducit
ad dei reuerentiā et ti
morē (ipa laudabit)
scz p ceteris scriptur.
(date ei de fructu ma
nuū suaz). i. studentī
bus in ea dabit fructus
gloriosus (et laudēt ea in portis opa ei)
id est sapientes in portis sedentes cū iu
dicibus. et isti sapientes dicunt opa sacre
scripture. Inquantū per ei studium sapie
tiam cōsequuntur.

Item p vni⁹ delictū in oēs rē. An
initū illius eplē scribit. s. Pau
lus in eodē cap. di. Si em vnus
delicto mors regnavit p vnū multo mag

abundantiā gratie et donatōis et iusti
cie accipientes in vita. s. beata regnabūt
p vnū. s. p iesum xpm. Tunc sequit epla
pñs (Fratres sicut p vni⁹ delictū) Ly. s.
ade (oēs hoies in cōdēnationē) For. i. si

et beatissimā pdicaueit. vir
eius et laudauit ea. Abulte
filie pgregauerūt diuitias.
tu supgressa es vniuersas.
Fallax grāz vana ē pulchri
tudo. mulier timēs dñm ipa
laudabit. Date ei de fructu
manuū suaz et laudēt eam i
portis opera eius.

Item de eodē festo fm se
culares Romanoꝝ. v.

Sicut p vni⁹
delictū in oēs hoies
in condemnationem. sic et
per vni⁹ iusticiā in oēs ho
mines in iustificationē vite.
Sicut enim per inobedien
tiam vnus hominis peccato
res constituti sūt multi. ita et
p vni⁹ obedientiā iusti psti
tuētur mlti. Lex aut subin
trauit vt abundaret delictū
Ubi aut abundauit delictuz
supabūdauit et gratia vt si
cut regnavit pctm in mortē

mul anie et corpis da
nationem (sic et p vni⁹
homis iusticiā). i. xpi
(oēs hoies in iustifi
cationē vite) Ly. sicut
p delictū ade p ppa
gationē et originale pec
catū omnes hoies in
currunt damnationē
simul anime et corpis.
Sic p vni⁹ homis scz
xpi passionē oēs sunt
liberati ab eterna da
natione. (Sicut em p
inobedientiā vni⁹ ho
minis) scz ade pecca
tores cōstituti sūt mul
ti. ita p vni⁹. i. ch isti
(obedientiā iusti psti
tuēt multi) Ly. qz si
cut p inobedientiā ade
comedetis lignū feri
tuz posterū facti sūt in
iusti. sic p obedientiaz
xpi in ligno cruci pas
si. omnes sunt iustifi
cati quantū ad suffici
entiā. Sed quod per
gratiā christi non om
nes iustificant hoc nō
puenit ex defectu gra
tie. s. ex defectu homi
nū eā repellentiū. (Ier
aut subintrauit) post
culpā vel legē natura
lē (vt abundaret deli
ctum) id est ab undan

tius cognosceretur delictum. multa enim
erant peccata ante legem que non crede
bant esse peccata vel non esse tanta Ro
man. iij. per legem cognitio peccati. (vbi
autem abundauit delictum) per legē (su
perabundauit et gratia) per xpm peccato
ribus veniam conferendo (vt sicut regna
uit peccatum in mortem) Ly. id est potē
tiam habuit dei cendi ad mortē eternā

(ita et gratia regnet p
iusticiā invitā eternā)
potenter nos inducen
do in vitā eternā (per
iesum xpm dñm nrm)
qui est mediator dei et
hominum.

Si parce semi

q nat pce et me
tet etc. An in

riū illi eple scribit .s.

Paulus dicens. Pro

uidem em bona non

solum corā deo s etiā

coram hominib? Tūc

sequit pñs epla (Fra

tres. Qui parce semi

nat) .s. dando paruaz

elemosynam (parce et

metet) Ly. i. minus in

pñio recipiet. (et q se

minat in bñdictōib?)

scz largitē dando (de

bñdictōib? et metet)

scz largā retributionē

in pñio habebit (vn?

qsq) supple det. (put

destinavit i corde suo)

id est ordinavit ppria

voluntate (nō ex tristi

cia.) Slo. q est dat vt

careat tedio interpel

lantis nō vt reficiat vi

scera indigentis. et me

ritum et rem pdit (aut

ex necessitate). i. coa

ctus sponte et hilaritē.

(hilarē em daturē di

ligit deus). i. appro

bat et remunerat. qz fa

cit accm virtuosū (po

tens ē autē deus om

nem gratiā) Hor. non

solum hanc gratiā lar

gitionis elemosynarū

sed etiam quācūq; all

am. (abundare facere

in vobis) Ly. vt sic nō

doletis de facto. sed

magis gaudeatis. (vt

in omnibus) scz tem

ita et grā regnet per iusticiā
in vitā eternam per iesū cri
stum dominum nostrum.

In festo sancti iacobi apli

Am nō estis hospites

et adue. etc. hanc epi

stolaz quere ifra in cōi

sanctorū de aplis.

In vicula sancti petri apli.

Isit herodes manū vt

affligeret etc. hanc epi

stolam quere ante in fe

sto sanctorū Petri et Pauli
apostolorum.

In festo sancti Laurentij
martiris. ij. Loz. ix.

Di parce se

minat parce et metet.

Et q seminat in bñdictōib?

et bñdictōib? et metet. Unus

quisq; put destinavit i cor

de suo nō ex tristitia aut ex

necessitate. hilarē enī dato

rē diligit de? potēs ē aut de

us omem gratiā abundare

facere in vobis. vt in omib?

semper omem sufficientiam

habentes abundetis i omne

opus bonū. sicut scriptū est

Dispfit dedit pauperib? iu

sticia ei? manet in seculū se

culi. Qui aut amistrat semē

seminati et panē ad mandu

candū p̄stabit et multiplica

bit semen vestrū et augebit i

cremēta frugū iusticie v̄re.

poralibus et spūalib?

(temp oem sufficienti

am habētes) tam i vo

luntate interiori q̄ in

facultate exteriori (ab

undetis in omne op?

bonum) scz in variōe

elemosynaz et in alijs

bonis operib? virtu

tum (sicut scriptū est)

in ps. cxi. (dispfit) Ly

re. nā elemosyna plu

ribus est faciendā (de

dit paupibus) non hi

strionibus et alijs p̄so

nis indignis (iusticia

eius) q̄ sic dat elemo

synam (manet in secu

lum seculi). i. eternal

ter. qz merces iusticie

est corona eterna (qui

autem amministrat se

men seminanti) Lyra

id est deus qui dat vo

luntatem et facultatez

dandi elemosynam (et

panem ad manducan

dum prestabit) id ē ne

cessaria victus. hoc ei

videtur communitē ac

cidere q̄ dantes ele

mosynas magis abun

dant in temporalibus

q̄ elemosynas paupe

ribus indigentib? de

negantes. Et si aliquā

do contingit eos de

pauperari de? hoc or

dinat ad maius bonū

sp̄oz spirituale (et mul

tiplicabit semen ve

strum) Ly. id est volū

tatem et facultatez ele

mosynas faciendī. (et

augebit incremēta fru

gum iusticie vestre.)

Lyra. id est mercedem

que ex hoc i patria col

ligetur.

A omnibus requie questui et in hereditate etc. Hodie beata Xgo ce los ascendens requie qua questui inuenit. hodie sup oes angelos ange loz choro fideliter exaltata pace et requie

em questui. Et qd qst uit inuenit. ergo dicit (In omnibus requie q siui) ac si dicat. Inter oia et in omni desiderio et opere questui requiem et pacem. s. temporis pectoris et eternitatis. Et datu est mihi q (in hereditate dñi morabor) ubi summa pax est et requies. Et qz mentis desiderio hec questui (Tuc) tpe a deo parte pñiuit. ipe pax oipotens (precepit) gabriel et p gabrielez (et dixit mihi creator omnium) salutatione angelica. Cui effectus libi (et que creauit me requieuit in tabernaculo meo) creator est huius virginis deus est q requieuit i ytero eius nouem mensibus et sex diebus in quo ytero sic miles in tabernaculo armaturam nostre humanitatis accepit contra dyabolū pugnaturus (et dixit mihi) .i. verbo spūali impressit mihi duplicem actiue et cōtemplatiue vite cōseruationē qd apparet cū dicit (et in iacob in habitata et in isrl' here. et in ele. meis mit. radices) ac si diceret. vtriusqz vite exēpli electis et pdestinatis meis tribuo. Exemplū est cōparat radici. Hā sicut ex radice pcedit Xga. et de Xga fructus. Sic de exēplo cōcipit affectio et ex affectione pcedit opus (et sic in syon firmata sum) .i. in vita speculatiua (et in citate sanctificata. i. i vita actiua (similiter requieui) pace pecto-

ris (et in hierlm potestas mea) .i. in vifione pacis. Notandū qz hic p ciuitate intelligit vita actiua. q in cōmuni hoim habitatione gerit. p syon et hierlm cōtemplatiua demōstrat (et radicaui) .i. radices mi-

In festo assumptionis virginis Marie. Eccle. xliij.

A omnibus requie questui et in hereditate domini morabor. Tūc pcepit et dixit mihi creator omniū q creauit me requieuit in tabernaculo meo Et dixit mihi In iacob inhabitat in israhel hereditate. et in electis meis mitte radices. Ab initio et ante secula creata sum et vsqz ad futurū seculū nō desinā. et i habitatioe sancta corā ipso ministraui. et sic in syon firmata sū et in ciuitate sanctificata similiter requeui et in hierusalē ptās mea. Et radicaui in pplo honorificato et i ptes di mei hereditas illi et in plenitudine scōrū detentio mea. Quasi cedrus exaltata sū i libano. et quasi cypressus i mōte syon. quasi palma exaltata sū i cades. et quasi

si (in populo honorificato et in ptes dei mei hereditas illi) .i. per fructū de radicibus istis pcedentē. erit hereditas illi? ppli (et in plenitudine san. detentio mea) .i. mora et pseuerantia mea erit in plenitudine sanctorū (quasi cedrus exaltata sum i libano. et quasi cypressus in mōte syon) In libano q interpretat cādor significat candor dignitatis. Lybanus etiā est arbor thurs de qua pcedit th' qd creatur in sacrificijs in suauitate odoris. et talis arbor beata virgo est. huius filius qst ihus in igne passiois crematus est. Et in huius hostie fragrantia delectatus est deus omnipotens. Item cedrus odore serpentes fugat. Bene ergo cōuenit matri xpi. qz odore nois sui demones expellit. Cy pressus est arbor i mendendis apta corporibus. Syon interpretat speculū. speculū homini reddit imaginem suam. deformatus enim

erat homo per peccatū. sed per beatā virginem que fons est gratie redditur imago homini per quam ipsa impetrat peccatorum a filio suo iesu christo. (quasi palma exaltata sum in cades. et quasi plantatio rose in hiericho) palma in floribus angusta dilatando ascendit ad superiora. Cades interpretatur translatio. Unde beate virginis Marie translatio est eius

assumptio sicut hodierna die exaltata est sicut palma, sicut salomon dicit. Que est ista q̄ p̄cedit sicut auroza cōsurgens, pulcra vt luna, electa vt sol. Hec est in vtero sanctificata in natiuitate sua claruit vt auroza, in cōceptōne filij p̄ gr̄atā cōfirmata claruit vt luna hodie assumpta in celum clare scit vt sol. Hiericho in terptat luna, z in rosa signat martiriū. Rosa igit̄ in luna est martiriū mentis in carne lucida. An̄ symeō senex dixit ad beatā ḡginez Tuā ip̄i? animā p̄trās sibi glad ius dolozis Passa est igit̄ br̄a virgo martiriū in antiā (q̄ si oliua speciosa in cāpis) .i. s. fons misericordie illis pctōrib̄ q̄ ambulat in campo. .i. lata via que ducit ad vitam (z q̄st platan? exaltata sum iuxta aquā in plateis.) Platan? latus folijs vmbriā factēs refrigerat exteri? z interi?. Hō aut̄ est ut dupliciter, exteri? i tribulationib̄, interi?

us in tētationib̄, vt ergo in virgine plenū ostendat refrigeriū, dicit̄ platan? iuxta aquā in plateis, qz contra estū interioris tentationis z exterioris Incediū p̄tat remediū (sicut cynamomū z balsamū aromatizans odorez dedi) Cynamomū quāto gracili? tanto meli? z odorati? sic beata ḡgo gracilis z extenuata p̄ abstinentiā z acceptior deo z mūdo odorazione fuit. s̄l̄r in balsamo designat opinio sanctitatis (q̄si mirrha electa dedi suauitatē odoris) Illa mirrha est electa q̄ manat ab ardore minime vulnerata. Illa aut̄ est mihi me pctōsa q̄ de arboribus vulnera manat p̄ mirrham, significat amara mortificatio si ex aīa pctōris vulnerata manat mihi? est p̄ciōsa, si aut̄ absqz vulnera pcti dō oblara fuerit. ḡrior erit dō z odore suauior.

Ego quasi vitis fructificauit suauitatem zc. In natiuitate beate virginitis Marie legit̄ p̄ epla lectio illa sumpta de Ecclesiastico. xxiij. que principaliter exponit̄ de x̄po filio beate virginitis. Honor aut̄ filij ē honor matris. Et ecōuerso honor matris ē honor filij An̄ dicit̄ beata maria virgo (Ego q̄si viti?) Hic cogat beata ḡgo se viti. Primo p̄ vmbriā. nā sic vitē gratiā vmbriā fac. sic beata ḡgo obubrādo nos p̄tegit. vnde ps. Sub vmbria alarū tuarū p̄tege nos. Secundo p̄ pter florē. Nos si q̄dem vitis odore serpentes fugat. Sic nomen beate marie virginis fuit demones. (fructificauit suauitatem odoris.) qz sicut sine lesione vitis de vite p̄cedit odoris suauitas. z idē honor longe lateqz diffundit. sic de virgine maria sine lesione pudoris p̄cessit filius, cui? p̄tās z bonitas replet orbē terraz. (z flores

Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris et flores mei fructus honoris z honestatis. Ego mater pulcre dilectionis et timoris et agnitionis z sancte spei. In me gr̄a om̄is vie vitatis: in me oīs

mei fructus honoris z honestatis) .i. abundantie z opulentie. (ego mater pulcre dilectionis) hec est charitas q̄ dilexit do minū quā nō macularit aliqd̄ peccati cōtāgiū (z timoris) In timore signat humilitas. Nam ex humilitate extimuit ad excellentiam salutationis angelice. An̄ angelus ad eā. Ne timeas maria (z agnitionis) In agnitiōe fides intelligit̄. Hāc p̄ fidem agnouit qd̄ credidit. vñ elizabet dixit ad eā. Beata que credidisti qm̄ p̄ficietur ea que dicta sunt tibi a dño (z sancte spei in me gratia om̄is vie z veritat?) ac si dicat. In me est ille p̄ carnis assumptiōnem a quo est vita z veritas. (in me om̄is spes vite z virtutis. Transite ad me om̄s q̄ cōcupiscitis me) ac si dicat om̄nes qui desideratis me habere fauorem

et adiuuante (transite ad me) .i. ad similitudinem et conformitatem meam. ut sitis imitatorum res humilitatis mee castitatis et paupertatis (et a generationibus meis implemini) Hec sunt ille generationes de quibus dicitur

Emulsiões tue paradisi
sus malorum punitorum
et cetera. Sequens clausula
illius epistole exponit de
filio virginis Marie.
(Spiritus eius meus) .i.
spiritus sanctus qui coheredit
cedit et patre et filio et
qui hic datur in via per
inspirationem gratiarum (super
mel dulcem et hereditas
mea super mel et fauam)
.i. incomparabilis (me-
moriam meam in generati-
one seculorum) quia sapien-
tiam dei habes et ange-
li sine fine laudabunt
(Qui edunt me adhuc
esurient. et qui bibunt me
adhuc sitient. Sedam
enim dei sapientiam et bi-
bamus. quia in ipsa ple-
na est et perfecta resectio
Siquidem in corporali-
bus rebus appetit et pla-
cet. experientia displicet.
sed spiritualis delecta-
tio tanto plus a come-
dente esurit. quanto plus
ab esuriente comedit.
eterna enim facietas au-
get desiderium. Eccontra-
rio mundana resectio
desiderium extinguit et
tedium facit. An et de an-
gelis dictum est. Fruun-
tur nec fastidiunt. sed ma-
gis frui sicut (qui audit
me) obediendo man-
datis meis (non profun-
det) sed eterna mercede
coronabitur (et qui opera-
tur in me) .i. qui sic ope-
ratur ut maneant in me
et ego in eis (non pecca-
bunt) Qui enim manet

in deo non peccat mortaliter (qui elucidat me)
scilicet predicando verbo et exemplo (vita eter-
na habebunt) quia sicut dicitur Daniel. xij. Qui
autem docti fuerunt fulgebunt quasi stelle in firmamento
et qui ad iustitiam erudiunt multos
quasi stelle in perpetuas
eternitates.

Niculus enim
data est gratia et cetera.

An in istum illi-
us epistole scribit. s. pau-
lus di. An dicitur vna si
des vni baptismum
deus et patet omni quod est su-
per omnes et per omnia et in om-
nibus nobis. Tunc sequitur
statim presens epistola (An-
ticipat nostrum) Lyr. scilicet
christi delium (data est gra-
tia finem mensuram dona-
tionis christi) .i. putat vo-
luit dare plus et minus
finem ordinationem dispo-
sitionis sue (propter quod
dicit) super scriptura in
ps. lxxij. (Ascendens in al-
tissimum duxit captiuitatem
tem. dedit dona homini-
bus) .i. christus in ascen-
sione sua captiuitatem duxit
captiuitatem. i. patres qui
prius tenebantur in lym-
bo. dedit dona. s. spiri-
tus sancti hominibus in
die penthecostes visi-
biliter. s. in igneis lin-
guis (Quod autem ascen-
dit quod est) .i. qualiter est
intelligendum (nisi quia de-
scendit primum) .i. sicut sua
morte (in inferiores partes
terre) .i. in lymbum
patrum in inferno quod di-
citur esse sub terra (qui de-
scendit ipse est) .i. sicut idem in
sona (et qui ascendit super
omnes cetera. ut adim. omnia)
scilicet scripta a prophetis qui
non solum prophetauerunt de
eius incarnatione morte
et resurrectione sed etiam

Spes vite et virtutis. Transi-
te ad me omnes qui concupiscitis
me et a generationibus meis
implemini. Spiritus eius meus su-
per mel dulcis et hereditas
mea super mel et fauam memo-
ria mea in generatione seculo-
rum. Qui edunt me adhuc esu-
rient. et qui bibunt me adhuc
sitient. Qui audit me non con-
fusetur. et qui operantur in me
non peccabunt. qui elucidat me
vitam eternam habebunt

In exaltatione sancte cru-
cis epistola.

Oc enim sentite in vo-
bis quod in christo iesu
et cetera. Illam epistolam que-
re ante in dominica palmarum.

In festo beati Abatehi apo-
stoli. Ephes. iij.

Nicuique no-

strum data est gratia finem
mensuram donationis christi. pro-
pter quod dicit. Ascendens in
altum captiuam duxit captiui-
tatem dedit dona hominibus
Quod autem ascendit quid est
nisi quia descendit primum in in-
feriores partes terre. Qui de-
scendit ipse est et qui ascendit su-
per omnes celos. ut adimpleret

de eius ascensione (r ipe dedit quosda q dem aplos) Lx. f. xij. ad ordinandū r re gendū eccliam (quosda aut pphetas) ad futura pdicendū (alios xpo euāgelistas) sex quatuor ad scribendū euāgelia (alios aut pastores). f. ad cu rā anlmariū. (r docto res) ad informanduz dñ sermonibz populū (ad cōsumationē scā ctōrū in opus ministe rij) .i. pfectionē fidelū in in moribz r fide (i edificationem corpis xpi) Lx. f. i. mystici qd ē ecclesia in q aplis suc cedūt epi. pphetis au tē habētes gram scri pturarū sanctarū ob scura interpretandi. euā gelistas archidiaconi dyaconi. pastoribz per quos intelligunt. lxx discipuli. succedūt sa cerdotes curati docto ribz oēs exercentes de bitū actum docēdi seu pdicandi (donec) Lx. id est dicta officia exer cebunt in ecclia mili tante (occurram? oēs in vnitatē fidei). i. qui sum? vniti in fide r co gnitione xpi (in viruz pfectū). i. occurram? xpo venient ad iudi cium q est vir oīno p fectus (in mēsurā eta tis plenitudinis xpi) oīs em resurgent in etate. xxxij. annorū q est etas plena pfecta. r in qua xps passus fuit. Hec omnia Lxra ponit.

omnia Et ipe dedit qsdā qui dē aplos. quosdā at pphetas. alios vero euāgelistas alios aut pastores r docto res ad cōsumationē scōtō rū in opus ministerij in edi ficationē corpis xpi. donec occurram? oīs in vnitatēz fidei r agnitionis filij dei in virū pfectū in mēsurā eta tis plenitudinis christi.

In festo sancti michaelis et oim angeloz. Apo. j.

Significavit

de? q oportet fieri ci to loqns p āgelū seruo suo iohāni q testimoniū phibu it verbo dei. r testimonium iesu xpi q cūqz vidit. Bear? qui legit r qui audit vba p phetie hui? et suat ea que i eā scripta sūt. Tempus em ppe ē. Johs septē ecclijs q sūt in asia. Gsa vobis r par

um angeloz tunc in illa lectione q hodie in missa p epla legit. Ostendit qualiter domin? ministerio angelozū sua reuelat mysteria r secreta. Et qualiter ad beatus Johannē euangelistā quem xps speciali

ter dilexit p angelum reuelatio puenit. Di cit itaqz bear? Johan nes (Significavit de us q oportet fieri cito.) id est ea q sue ecclesie futura erant siue r spe ra siue aduerfa (loqns p angelū suū suo suo Johanni) angel? em apparebat in similitu dine hominis loquēs Johanni (q testimoni um phibuit xpo dei) In pncipio sui euāge li? cum dixit. In prin cipio erat verbū (r te stimoniū iesu xpi) id ē de iesu xpo. cum dixit. Et verbū caro factū ē r habitauit in nobis. (quecunqz vidit) ocu lis corpabilibz in ei? conuersatione. mira culoz operatōne. mor te r resurrectione sicut patet in euangelio qd ipe Johannes scripsit (Bear? q legit) sibi v? alijs (r q audit) aure mentis (vba pphetie hui? et seruat ea). f. in opere (que in ea scri pta sunt) non enim au ditores : sed factores iustificabuntur apud

deum (tempus enim prope est). Lxra. id est cito transiens. quasi diceret labor pa tientie breuis est r premium beatitudinis eternū. ideo aduerfa non debent nos frā gere. nec prospera leuare (Johannes se ptem ecclesijs que sunt in asia) sibi ipe specialiter commisit et ab ipso specialiter dilectis. (gratia vobis) scilicet in presen ti vita. (et pax) in futura. Nam ibi qui etabitur totaliter appetitus humanus.

Significavit de? q oportet fieri rē. In intitiū illi? lectiois scribit .s. Johannes in principio illi? libri di. Apocal. iesu xpi quā dedit illi de? pal palam facere seruis suis q oportet facere et to. Tunc statim sequit pns epla (In die bus illis. Significavit de? q oportet fie ri cito) Ex quo hodie pagitur festū omni

(ab eo). s. xpo (q̄ est) essentialiter coeter-
 nus deo patri (r̄ q̄ erat). s. cum deo patre
 in creatione mundi (r̄ q̄ venturus est). s.
 in gloria patri (in die iudicij (r̄ a septē spi-
 ritib⁹) Ly. i. vniuersitate angeloz q̄ sunt

ministri nostre salutis
 (q̄ in cōspectu throni
 eius sunt) parati exe-
 qui eius voluntatē (r̄
 a iesu xpo qui est testē
 fidelis) paterne glie r̄
 maiestatis (p̄mogeni-
 tus mortuoz). i. in p̄-
 nis inter resurgentes
 a mortuis. Licet enim
 ante ip̄m Lazarus et
 plures alij fuerit a mor-
 te resuscitati hoc tasm̄
 fuit ad vitā mortalez.
 qz post resurrectionē
 econuerso mortui sūt.
 Sed xps surrexit ad
 vitam immortalem. qz
 mors illi vltra nō dīa-
 bitur Roma. vi. (r̄ p̄n-
 ceptus regū terre) p̄pter
 qd̄ dixit post suā resur-
 rectionē. Data est m̄-
 hi modo c̄nis pt̄as ī
 celo r̄ in terra. vt p̄r
 Marhei vltimo (q̄ di-
 lexit nos). i. sola dile-
 ctione suā r̄ nō meritū
 nostris (r̄ lauit nos a
 peccatis nostris) Ly.
 originalib⁹ r̄ actuali-
 bus. (in sanguie suo)
 qz sacramentū baptis-
 mi r̄ etiā sacramentuz
 penitentie q̄bus dele-
 tur originale r̄ etiam
 actuale pct̄m̄ efficacitā
 hz a passiōe xpi
 Ecce ego iohā
 nes vidi alte-
 rū

rū r̄. Lectio illa legit̄ in festo oīm sc̄toꝝ
 p̄ eo q̄ in ip̄so agit̄ de numerositate san-
 ctoꝝ. Et etiam de gratiarū actiōe quā san-
 cti reddunt d̄no. q̄ est sanctus sanctoz. Di-
 cit ergo sanctus iohannes (Ecce ego lo-
 bānes vidi alterū angelum). s. iesū xpm̄

quē dicit angelum tanq̄ a deo patre mis-
 sum (ascendentē ab ortu solis). i. de sinu
 patris (habentē signū dei viui) p̄ qd̄ ap-
 pareat q̄ ip̄e sit de⁹ ver⁹. Hoc aut̄ signum
 est potentia patris equalis. r̄ immunitas

peccati. (r̄ clamauit)
 .s. angelus iste. (voce
 magna). i. cuz magno
 imperio (q̄tuoz ange-
 lis). i. vniuersis mali-
 gnis spiritib⁹ q̄ p̄ qua-
 tuoz mundi ptes ipe
 dire nitunt̄ salutē ho-
 minū (quib⁹ datus ē)
 id est pmissum est (no-
 cere terre r̄ mari dicēs
 Nolite nocere terre.)
 id est illis qui terrenū
 sunt dediti sicut auari
 (r̄ mari). id est illis q̄
 voluptatib⁹ carnis vi-
 uunt. sicut luxuriosi et
 crapulosi (neq̄ arbori-
 bus). i. illis qui se ex-
 tollunt sup̄ altos sicut
 superbi. hec em̄. phibi-
 tio est refrenatio q̄ do-
 minus malignos sp̄s
 refrenat. ne nocēat qn-
 tum cupiūt iustis vel
 peccatorib⁹ p̄ destina-
 tis ad vitā eternā (q̄
 ad usq̄ signem⁹) scilz
 ego interi⁹ r̄ ministri
 mei exteri⁹ (seruos di-
 nostri) scz signo cru-
 cis (in frontibus eo-
 rū). i. ita eos signem⁹
 signo fidel. q̄ ipsa si-
 des in cōfessione ma-
 nifeste appeat. Et po-
 nit̄ ibi quoad usq̄ pro-
 nunq̄. quia nunq̄ no-
 cebunt maligni sp̄i-
 tus electis dei quib⁹

ab eo q̄ ē r̄ q̄ erat r̄ q̄ vētur⁹
 est. r̄ a septē spiritib⁹ q̄ in cō-
 spectu throni ei⁹ sūt r̄ a iesu
 xpo q̄ ē testis fidelis p̄ioge-
 nit⁹ mortuoz r̄ p̄nceps re-
 gū tre q̄ dilexit nos. r̄ lauit
 nos a pct̄is n̄ris ī sāguie suo

In festo sc̄toꝝ ap̄toꝝ
 Symonis r̄ iude.

Linus quoniā diligē-
 tibus deum r̄c. Istam
 stolā quere infra in cōi-
 sanctorum ap̄stolorum

In festo oīm sanctorum
 Apocalip̄. vii.

Ecce ego io-
 hannes vidi alterum
 angelum ascendentē ab or-
 tu solis habentē signum dei
 viui et clamauit voce ma-
 gna quattuor angelis qui-
 bus datum est nocere terre
 et mari dicens. nolite noce-
 re terre et mari neq̄ arbori-
 bus quoad usq̄ signemus
 seruos dei nostri in frontib⁹
 eoꝝ. Et ego iohes audiui

omnia cooperant̄ in bonum Roma. viij.
 Qui si cadunt fortiores resurgunt. Amb.
 Ambro. Certus sum q̄ deus nullum ele-
 ctoꝝ suozum cadere permitteret. si eum
 meliorem a casu suo resurrectuz non sen-
 sisset. (r̄ ego iohānes audiui). i. intellexi

(Numerum signatoꝝ
cētū quadraginta qua-
tuor milia signati. ex
omni tribu filioꝝ isra-
hel) id est ex omnibus
gentibus fidem iacob
imitantibus. Hūc au-
tem numeruz per duo
decim sequēs scriptu-
ra diuidit. et vnicuiꝫ
tribui assignat. xij. mi-
lia. Item attendendū
q̄ hic iudas p̄ponitur
ruben p̄mogenito p̄p̄
dignitatē. quia de tri-
bu iuda natus est x̄ps
Et hic p̄mittit van-
de quo nascetur anti-
x̄ps. Et loco istius po-
nitur hic manasses. q̄
fuit filius ioseph que-
fratres sui vendiderūt
r ductus fuit in egyp-
tum. r ibi genuit duos
filios Effraim et Ma-
nasses. r effraim hic n̄
ponitur. quod ideo fit
quia de effraim natus
est roboaz q̄ fecit scis-
ma r diuisionē in isra-
hel. per quod ostendi-
tur q̄ scismatici et he-
retici a numero sancto-
rum sunt penitus alle-
ni (post hec vidit turbā
magnā quam nemo di-
numerare poterat ex
omnib⁹ gentibus) scz
barbaris nationibus.
(r tribub⁹) scz vni⁹
gentis. scz filioꝝ israel
(r populis) singularū
vbiū (r linguis) que
in vna gente quando-
q̄ diuerse sunt (r erāt
stantes ante thronū)
quasi parati obedire
deo (in p̄spectu agni)
scz vt conspicerent ab
agno. id est ihesu x̄po
(amicti stolis albis)

numeꝝ signatoꝝ cētū q̄dra-
ginta q̄tuor milia signati. ex
oi tribu filioꝝ isrl. Ex tribu iu-
da. xij. milia signati. Ex tri-
bu ruben. xij. milia signati.
Ex tribu gad. xij. milia signati
Ex tribu aser. xij. milia signati
ex tribu neptali. xij. milia si-
gnati. ex tribu manasse. xij.
mi. si. ex tribu symeō. xij. mi.
si. ex tribu leui. xij. mi. si.
ex tribu isachar. xij. mi. sig.
ex tribu zabulon. xij. mi. si.
ex tribu ioseph. xij. milia si.
ex tribu beniamī. xij. milia si-
gnati. p̄ hec vidi turbā ma-
gnā quā dinumerare nemo
poterat ex omnib⁹ gentib⁹ r
tribub⁹ r popul⁹ r linguis stā-
tes añ thronū r in cōspectu
agni amicti stol⁹ albis. r pal-
me in manibus eoz. Et cla-
mabāt voce magna dicētes
sal⁹ dō n̄fo q̄ sedet sup thro-
nū r agno. Et om̄s āgeli sta-
bāt in circuitu throni r seni-
orū r q̄tuor aīaliū r cecide-
runt in p̄spectu throni in fa-
cies suas r adorauerūt deū
dicētes amē. B̄ndictioꝝ cla-
ritas r sapia r gr̄arū actio r
honor et virtus r fortitudo
deo n̄fo i seclā secloz Amē.
In festo sancti Martini
episcopi epistola.

Ecce sacerdos magnus
qui in dieb⁹ suis placu-
it deo. rē. Quā episto

id est dealbati per bap-
tismum r penitentiam
in hac vita presenti (r
palme. id est gloria tri-
umphalis (in manib⁹
eorum) id est operib⁹
eorum quod ad statuz
futurū pertinet (r cla-
mabant voce magna)
reddentes pro salute
sua domino gratiarū
actiones (dicentes. sa-
lus deo nostro). s. deo
patri) qui sedet super
thronum) id est super
sanctos suos in quib⁹
iudicat. r ascribit (ag-
no) scilicet filio dei (et
omnes angeli stabāt)
an̄q̄ deo obedire pa-
trati) in circuitu thro-
ni et senioꝝum et qua-
tuor animaliuꝝ) id est
episcopozum r patriar-
charum tam in celo r
gnantium (et cecide-
runt in cōspectu thro-
ni in facies suas r ado-
rauerunt deum) scilicet
humiliantes se co-
rā deo (dicētes amē.)
Istud amen est confir-
matio hui⁹ laudis (be-
nedictio) id est laus.
(r claritas) id est im-
passibilitas (r sapien-
tia) que nouit omnia
(r honor) id est reue-
rentia (et gratiarū
actio) pro collatis be-
neficijs (et virtus) id
est potentia operandi.
(r fortitudo) id ē effe-
ctus virtutis superne
potentie (deo nostro
r secula seculoz amē)

Cimus qm̄ di-
ligētib⁹ deū rē
Ante inītiū il-
lius eplē scribit sc̄t̄s
paulus in eodē capitu-
lo dicēs. Non sunt cō-
digne passiōes hui⁹
tēporis ad futurā glo-
riam que reuelabit̄ in
nobis. Tunc sequitur
presens eplā (Frates
Scimus qm̄ diligenti-
bus deū) **Sor. l. chari-
tatei dei z p̄xiimi habē-
tes (oīa cooperant̄ in
bonū) sc̄z p̄ sp̄m̄ sc̄t̄m̄
tam p̄spera q̄ aduer-
sa. Et ecōtrario malis
oīa cooperant̄ in ma-
lum (his qui s̄m̄ p̄posi-
tum) **Lyra. i. p̄destina-
tionē (vocati sunt san-
cti) sc̄z in p̄senti p̄ gra-
tiam. It̄is etiā pecca-
ta p̄p̄tia in bonū pue-
niunt. quia fortiores z
cautiores resurgūt. Et
etiā in gloria ad bonū
eoz facit peccatoz me-
moriam. sicut cicatrices
vulnerū ad gloriā mi-
litis qui in bello fina-
liter triūphauit (It̄az
quos p̄sciuit). i. ante
q̄ essent. cognouit (et
p̄destinauit) sc̄z illis
grām in p̄senti et glo-
riam in futuro prepa-
rauit (conformes fieri
imagini filij sui) **Ly-
ra. q̄a filiatio dei ado-
ptiua ē quedā similitudo
filiatōis natural̄ diui-
ne (vt sit ipse p̄moge-
nitus) in mult̄ fratrib⁹
i. in multos fr̄es. sc̄z
oēs fideles. **Al̄i Heb. ij.
Non cōfundit̄ fr̄es
eos vocare dicēs. Mar-
t̄abo nomē tuū fratri-
bus meis (q̄s aut̄ pre-********

lam quere infra cōi sanctorū
**Fr̄e de sancta Elizabeth
Ullierē fortē quis iue-
niet rē. Hāc epistolaz
quere ante in festo ma-
rie magdalene.**

**In festo sancte katherine
v̄ginis z martiris.**

**Uti gloriatur i dño glo-
rietur rē.**

**Hanc epistolā quere i
fra in cōmuni sanctorum**

**Incipit postilla de cōmu-
ni sanctorum. Et primo de
apostolis. Romanoz. viij.**

Cimus quo

**niā diligentibus deū
om̄ia cooperant̄ in bonum
his q̄ s̄m̄ p̄positum vocati
sunt sancti. Nam quos p̄sci-
uit z p̄destinauit conformes
fieri imagi filij sui vt sit ipse
primogenitus i multis fra-
trib⁹. Quos aut̄ p̄destinauit
hos z vocauit. z q̄s vocauit
hos z iustificauit. Quos at̄
iustificauit illos z magnifi-
cauit. Quid ergo dicemus
ad h̄ si de⁹ p̄ nobis q̄s p̄tra-
nos. q̄ etiā p̄prio filio suo nō
pep̄cit. s̄ p̄ nob oib⁹ tradidit
illū. Quō non etiā cum illo
om̄ia nobis donauit q̄s ac-
cusabit aduersus electos d̄i
de⁹ q̄ iustificat. q̄s ē q̄ p̄dē-
net x̄ps iesus q̄ mortu⁹ ē. im-
mo q̄ z resurrexit q̄ ē ad de⁹**

destinauit.) **Sor. l. ab
eterno ad gloriā ele-
git (hos z vocauit) ad
fidē adducēdo. z h̄vel
exterius p̄ p̄dicationē
vel interius p̄ inspira-
tionē (z quos vocauit
hos et iustificauit.)
Peccatoz remissione
et bona opatione (q̄s
aut̄ iustificauit) p̄ctā
remittēdo (illos z ma-
gnificauit) in x̄tutib⁹
applicando vel in glo-
ria exaltādo (Quid q̄
dicem⁹ ad hec si deus
p̄ nobis) sc̄z nos ad-
iuuans. Si h̄c accip̄-
tur p̄ quia. q̄ deus ē
p̄ electis (q̄s p̄ nos)
q̄. d. nullus. q̄ nullus
p̄t̄ resistere p̄tati diui-
ne (qui etiā p̄prio filio
suo) sc̄z naturali (non
pep̄cit h̄ p̄ nobis) sc̄z
p̄ctōrib⁹ (oib⁹ tradidit
illū) ex maxima di-
lectōe ad electos (quō
nō etiā cūl lo) sc̄z no-
bis donato (oīa nobis
donauit) sc̄z ad salutē
necessaria. grām in p̄-
senti. z gloriā in futu-
ro (quis accusabit ad-
uersus electos dei) sc̄z
in iudicio finali. qua-
si diceret nullus z cau-
sa subdit (de⁹ q̄ iustifi-
cat) sententiando p̄ ele-
ctis (deo pars aduer-
sa demonū nō audebit
mutire (quis ē qui cō-
demnet) quasi diceret
nullus (iesus qui mor-
tuus est) **Sor. p̄o no-
bis reconciliādis (im-
mo qui z resurrexit) p̄
nobis resuscitandis.
(qui est ad dexteram
dei) p̄o nobis in cels̄
elevantis.****